

7

---

 L. ACCIUS

I ANNALES

Liber I

1 Maia nemus retinens gravido concepit in alvo.

---

 Liber XXVII

2 calones famulique metellique caculaeque.

---

 Ex incertis libris

(cf. etiam ad fr. 26.)

3 Maxima pars Graium Saturno et maxime Athenae  
 conficiunt sacra, quae Cronia esse iterantur ab illis,  
 eumque diem celebrant: per agros urbesque fere  
 omnes  
 exercent epulas laeti famulosque procurant  
 quisque suos; nosterque itidem est mos traditus  
 illinc  
 iste, ut cum dominis famuli epulentur ibidem.